



Universitätsbibliothek Paderborn

Thesavrvs Casvum Conscientiæ

Continens Praxim exactissimam De Censvris Ecclesiasticis, Aliisque Poenis, & Canonicis impedimentis, in Septem Libros distributus ...

Decisiones Casvum Conscientiæ Ex Doctrina Consiliorvm Martini Ab Azpilcveta Doctoris Nauarri collectæ, & iuxta librorum iuris Canonici dispositionem in suos Titulos distributæ

Sayer, Gregory

Venetiis, 1627

12 Praelatus Regularis cum suo conuentu dilationem ad profitendum dare potest.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13903

DECISIO X.

Ex cons. 10. alias 7. de Maior. & obedien.

10 Episcopus legitime impeditus ad Concilium Provinciale vocatus, per procuratorem se excusare potest; qui etiam Procurator mandatum speciale habens ad decidendum, ab eodem Concilio, si ei placuerit, admitti potest; cap. Cum ecclesia Sutrina, de cau. posses. & propr. non tamen tenetur illum admittere, si non sit vnus ex episcopis suffraganeis inter resistentibus Capitulum, arg. c. si quis iusto, §. porro, de elect. in 6.

DECISIO XI.

Ex cons. 11. alias 12. de Maior. & obed.

11 Rectores parochialium, quae in nullis diocesi sunt, quamuis ab Episcopo, cuius Cathedralis Ecclesia proximior est, visitari possunt, vt affirmat Concil. Tridentin. sess. 24. cap. 9. de ref. ad synodum tamen diocesanaum illius Episcopi accedere non tenentur, cum lex superioris, quatenus id commode fieri potest, sine prauidicio tertij intelligenda sit, cap. super eo, de offic. deleg. praesertim cum aliud sit ius visitandi, & aliud ius vocandi ad Synodum adeo vt ex concessione illius, non inferatur concessio huius, a separatis enim non fit illatio. l. Papinianus, ff. de minor. & cap. ad audientiam, de decim. Vnde & Archiepiscopus licet Ecclesias sui suffraganei post visitationem suae propriae diocesis, visitare possit, cap. 1. §. 1. de censibus in 6. eorum tamen Rectores a Synodum suam particularem vocare non potest. Neque enim verba Concilij aptantur vocatori ad Synodum, & dispositio non includit eos, quibus verba sua non aptantur, cap. Indemnitatibus de elect. in 6.

DECISIO XII.

Ex cons. 12. deest in Nouis.

12 Praelatus Regularis, cum suo conuentu, vel Capitulo, dilationem ad profitendum nouitio post annum nouitatus probato a se pro idoneo, aliqua iusta de causa, non obstante Concilij Tridentini sess. 25. cap. 16. de regul. in hac re decreto concedere potest; eo quod olim illud licitum fuit, & in vtu & consuetudine, nec a iure antiquo recessum est per verba Concilij; quod solum statuit, vt superiores statim finito anno nouitatus, eos quos habiles in uenerint, admittant, aut eijciant; non autem vt eos ad profitendum cogant; & cogere ad profitendum aliud est, quam ad professionem admittere, vel reijcere, & a diuersis non fit illatio. l. Papinianus ff. de minor. cap. ad audientiam, de decim. praesertim cum annus nouitatus, admissio, & receptio sint in fauorem recipientium, & recepti statuta, & ideo non sunt contra vtriusque consensum retorquenda, quod etiam in aliquibus religionibus obseruatur.

DECISIO XIII.

Ex cons. 13. alias 45. de Homicid.

13 Episcopus cum homicida voluntario non solum quoad beneficium simplex, sed etiam quoad curatum ante irregularitatem obtentum dispensare potest, cap. 2. de cler. pug. in duello, & allegit Nau. in Man. cap. 17. nu. 239. quia cum iura in d. cap. 1. de cleric. pug. in duello generaliter dant Episcopo facultatem dispensandi cum homicida quoad beneficium, non sunt restringenda ad beneficium simplex tantum, eo quod dispensandi facultas est fauorabilis & amplianda, cap. fina. de Simonia, licet dispensatio sit odiosa; Ad beneficium autem curatum de nouo habendum, vel ad ordines sacros, cum eo episcopus dispensare nequit, c. 1. & 2. de cleric. pug. in duello.

DECISIO XIV.

Ex cons. 14. alias 4.

14 Episcopus noue creatus beneficiarium suum subditum, ad ostendendum titulum sui beneficii, quod pacifice vel 40. vel 30. vel 20. vel etiam decem annos possedit, cogere nequit; immo ex sola pacifica possessione beneficii, saltem cum fama tituli, tanto tempore, beneficiarius in beneficio ius habere censetur, & titulus verus praesumitur; Arg. reg. 33. Cancellario siue de trien. possess. & ex sententia Inno. & Host. in c. illud, de praesump. & in c. licet Hen. de Simon. & Fel. ibi. quia cum Episcopi visitando inquirere soleant de titulo beneficiariorum, c. ordinarij, de offic. ordin. in 6. non est praesumendum, quod ipsi met subditum quoad curata permittent tali cursu temporis retineri Ecclesiam absque canonico titulo; Et qui a diuersis tueri videntur sententiam, videlicet Glof. vlt. in c. 1. de reg. iur. in 6. & in c. contingit, de doct. & contum. intelligi debent de beneficiario, qui nec titulum verum, nec longi temporis possessione praesumptum ostendere valet.

DECISIO XV.

15 Episcopus possessorem decennale beneficiorum incompatibilium, seu execrabilem illi est, illum qui beneficia incompatibilia tenet contra Extrauaganem, Execrabilis. Ioan. XXII. vel ad exhibendum dispensationem, qua ea iuste retineat, vel ad iurandum, quod credit bona fide se obijunisse canonice praedicta beneficia, cogere potest; c. ordinarij, de offic. ordin. in 6. & Conc. Trid. sess. 7. c. 5. de ref. atq; Pan. & Host. in c. licet Hen. de Simon. quamuis si Episcopus defectum tituli, aut quod illa canonice non possideat, probare voluerit, hoc potius, quam illud praedictare debet.

DECISIO XVI.

Ex cons. 15. alias 22. de pœnit. & remiss.

16 Vicarius Generalis Episcopi facultatem absoluedi a casibus reseruatis, quam dat ei Episcopus, siue Vicarius Sacerdos sit, siue non sit alijs sub delegare potest, cum Vicarij iurisdicctio ordinaria sit, c. Romana, de sen. exc. in 6. & gl. ibi. & data ad vniuersitatem causarum, & ideo dictas reseruaciones auferre vel remittere, vel alijs potestate ad absoluedum sub delegare valet.

DECISIO XVII.

Ex consilia 5. in Nouis deest in antiquis.

17 Veritas parochiali simpliciter dato, non omnes fructus sed congrua portio debetur, sed nec Episcopus etiam a principio fructus omnes eidem assignare potest, nisi omnes ad congruam portionem & sustentationem essent necessarii. Concil. Trid. sess. 24. c. 18. de reform.

DECISIO XVIII.

Ex cons. 15. in Nouis deest in antiquis.

18 Dicta Episcopo non maxime contra totam civitatem discretione magna catere non debet, Arg. cap. Non solum, de regul. iur. in 6. alioquin ab eis licite appellari potest; Illa autem edicta, quae ad denunciandum aliquid proponuntur, eos non obligant qui rem illam probare non possunt, Arg. cap. qualiter, & quando 1. de accusat. Sicut neque ea quae ad aliquid reuelandum sunt, obligant, vbi non praecessit fama, nec ante praecedentem correptionem fraternam, quam si omitti vellet, aut iuberet Praelatus visitans, peccare; sicut etiam & is qui ei obediret, vt asserit S. Thom. 2. 2. q. 33. ar. 3. ad 5. secus autem, quando solum sunt ad testificandum; tunc enim obligant, liganturque qui scilicet, etiam si forem partem furti habuerint, nec probare possint, dummodo iusto metu, vel privilegio vel alia iusta de causa a testificando non excusentur, cap. 2. de testib. cog.

TITVLVS XIX.

De officio iudicis.

SYMMARIVM.

1 Index, qualiter ex officio contra notatos procedere valet.

DECISIO I.

Ex cons. vnico in vrsisque.

1 Index licet ex officio inquirere possit generaliter de criminibus sui territorij, nulla expressa persona; cap. 1. de offic.